



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

Paullini, Christian Franz

Francofvrti ad Moenvm, 1698

XVI. Erckenbaldus

urn:nbn:de:hbz:466:1-44860

Aliud incendium eandem perdidit basilicam. Confunduntur hæc duo incendia à multis. Ego puto Ad. DCCCCXXVII. basilicam conflagrâsse, quam *Hademarus* pulcrè restituit, & Ad. DCCCCXXXVI. aliud incendium ortum est. Nullum verò sine notabili damao fuerit. *Fridericum*, Archi-Episcopum Maguntinum, captum aliquamdiu detinuit, & paulò duriùs habuit eum.(n) Moritur Ad. DCCCCLVI. Prælaturæ XXIX.

XIV. HATTO II.

XIV. *Hat-*
to II.

Hademari ex sorore nepos, magnæ auctoritatis Abbas apud Papam & Imperatorem, Professus Fuldensis: adfuit coronationi Regiæ *Ottonis* primi Romæ, à quo postea & *joanne XII.* Papa magna accepit privilegia. Anno Prælaturæ XII. ab *Ottone II.* Rege fit Archi-Episcopus Maguntinus. *Fulda* laudabiliter præfuit, erga omnes justus, placidus, & acer, prout res & tempora postulabant. Quodd verò à muribus voratus sit, quia frumenta deneraverat pauperibus, impudens mendacium est. Certè plumbesum cor & ferream frontem habuerit ille, hanc fabulam qui credit, vel sine rubore narrat. Omnes enīa circumstantiae, & omnes *Hattonis* actiones repugnant.(o) Moritur Maguntiæ placide primo electionis suæ anno, erat Ad. DCCCCLXIX.

XV. WERNERUS.

XV. *Werner-*
eus,

Professus Fuldensis, *S. Uthalrici*, Episcopi Augustensis, cognatus, prudens, & valde circumspectus, magnis ornamentis providit Ecclesiæ suæ, supposuitque porticus. Construxit capellam, seu potius Conventum in *Borsla*, & liberaliter dotavit. Moritur in bello contra Saracenos, quod *Otto II.* Imperator gessit in Calabria. Ad. DCCCCLXXXI. Prælaturæ XIV.

XVI. ERCKENBALDUS.

XVI. *Er-*
ckenbaldus,

Natione Saxo, *S. Bernwardi*, Episcopi Hildesemensis, cognatus, fortè ex familia Sommerscheburgica Ad. MIII. ex mandato *Henrici S.* unà cum *Henrico*, Episcopo in Wirzburg, capellum in *Syvinfurt* incendere & devastare debebat.(p) Ad. MXI. fit Archi-Episcopus Maguntinus, *Willigisi* successor, anno Prælaturæ XXVI. Manxit tamen simul *Tutor* & *Proviseur* Ecclesiæ Fuldensis, cui optimè præfuit. Moritur Ad. MXXI.

XVII. BRANTHO.

XVII. *Brantho,*

Anno Prælaturæ septimo depositus est, & factus postea Episcopus Halberstadiensis. (q) Ad. MXXI. ubi construxit Monasterium *S. Johanni*. Ad. MXXVI. in dira fame abiit in Græciā & Palæstinam, sed multa

(n) vid. *Wittich*, *Corb.* L. II. *Annal.* c. f. (o) vid. *Nic. Serat.* L. IV. ter. *Mogunt.* c. 4. & *P. J. Beiss.* *Quiss them.* 129. (p) vid. *chron.* *Ditmar.* L. V. p. 110. & *Spangenberg.* *Chr. Henneberg.* L. I. c. 33. p. 71. (q) Vid. *Sagittar.* *hist. Halberstad.* s. 46.